



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

XIII. Differentia 2. Omnis cæſio recepta per clericum à laico Iure Canonico
præsumitur simulata,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

DIFFERENTIA 2.

Omnis cessio recepta per clericum à laico Iure Canonico presumitur simulata.
 c. Ex parte. de alien. judic. mut. cau. sã facta. Secus est Iure civili,
 nisi aliter probetur de fraude, vel simulatione, l. per di-
 versas, l. ab Anastasio, C. Mandatur, Ioan.

Bapt. à S. Blasio 96.

I. **C**edere in Iure dicebantur olim, qui dominium rei suæ in alium transferebant, à quo ipsi abibant. *Ulpian. in Epitome tit. 19.* In Iure cedit Dominus, vendicat is, cui ceditur, addicit prator. Hic de ea cessione sermo est, per quam alius alteri Ius suum tradit, sive id in rebus corporalibus, sive incorporalibus fiat. *Gregorii IX. in cita. c. mens est,* prohibere clericis, ne accipiant, emanque causas sæcularium eo fine, ut laicos ad forum Ecclesiæ trahant: factam verò cessionem actionis seu litis à laico non valituram, utpote simulatè conceptam; nisi fortè (quam limitationem interpretes addunt) fiat clerico ut conjunctæ personæ. Clericus enim ratione fori potentior esse videtur eo scilicet casu, quo iurisditionis privilegio coercere laicum potest. *Mascard. de prob. Concl. 558. n. 21. Surd. decis. 22. n. 29.* Nec semper ut invalida rejicitur cessio, sed tunc, quando dubia est illius justitia, & sinceritas.

II. An autem hic, & quomodo Ius ci-

vile à Canonico dissentiat, non tam perspicuum est. Nam in l. per diversas, prohibet Anastasius Imperator, ne quæ actionem, quam habet adversus alium vendat, quia presumitur, quod sit simulata, & non ve a venditio. Redimere verò litem, quæ est centum, pro 20 non potest agere nisi pro 20. & usuris. Iure cohæredes tamen potest cessione fieri, si creditor accepit à suo debitore nomine sui debitoris, in solutum agere potest. In l. seq. Ab Anastasio contra quosdam, qui prioris legis invertere prescriptum nitentur, eadem prohibitio confirmatur, v. *Tholos. l. 21. c. 20. n. 7.* apud Gallos specialiter prohiberi cessionem actionis in scholasticos, propter privilegia, quibus fruuntur militum, te litem, & affectionis causâ in filios, fratres, aut nepotes scholares. Et hoc & in alios alterius privilegii, non permittitur ex Paris. Senatus decreto.